Sapientia
edificauit
sibi do
mum etc.
Prouerbio
rum .ix. Re
ges terre consueuerunt sibi edi
ficare domos ut salomon.
Ecclesiastes .ij. Edificaui mi
chi domos ad inhabitandum .ij.
paralipomenon .viij. et xiij. Et iij. Re
gum .ix. x. Et x. de constructione
pagina. Salomon. Sed hee
domus terrestres quamquam sumptuose
et pulchre. tamen fuerant sta
tim combuste et destructe. ut
habetur .iiij. Regum ultimo. Quo
modo scilicet nabuzardan
princeps exercitus regis babilo
nis nabugodonosor igni
combussit omnes domos ihe
rusalem et templum et domum re
gis. Christus autem celi edificauit
sibi domum indefectibilem non factam
manu sua. quam nec destruere po
test nec igne materiali succen
di. De qua ipse predixit di
cens. domus quam cupio edi
ficare magna est nimis
et inclita .ij. paralipomenon .ij. Hec
domus est palacium uirginalis
uteri sine corpus mundissimum
uirginis gloriose. quam dominum in
pleuit maiestas domini. Nec
poterant sacerdotes ingredi tem
plum domini et ministerium aliquod
quamquam. eo quod impleuerat maiestas
domini templum .ij. paralipomenon .vij.
Nec mirum. quia clausa erit
porta hec et non aperietur
et uir non transiet per eam quoniam
dominus deus israel ingressus est per eam.
et erit clausa principi. princeps
ipse sedebit in ea ut comedat
panem coram domino. ezechielis.
xliiij. De hac itaque do
mo merito dicendum est. Sapientia
edificauit sibi domum. Que
quidem uerba ita principaliter
ad uirginalem aulam uel do
mum matris dei studium appli

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_77/0017
MANFRED
LAUTENSCHLÄGER
STIFTUNG